



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 159. Petrus Ledesma ex Ord. Fr. Fr. Prædicatorum hoc anno defunctus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. fit multos Codices miscellaneos, ac  
 A. C. 1616. præcipue typis mandavit *differentias in-  
 ter utrumque forum judiciale, & conscien-  
 tice, annotationes in Biblia, in jus Cano-  
 nicum, in Tridentinum Concilium, & in  
 sui Ordinis statuta, præter plurimos alios  
 tractatus Asceticos.*

## §. CLIX.

*Petrus Ledesma ex Ord. F. F. Præ-  
 dicatorum hoc anno defunctus.*

Gratam posteris memoriam ob preclara  
 profundæ eruditionis monumenta  
 reliquit R. P. Petrus de Ledesma Domi-  
 nicanus, qui Salmanticæ in Hispania  
 natus per quadraginta omnino annos in  
 præcipuis, publicisque Regni Gymna-  
 siis Sacras literas cum summo Audito-  
 rum applausu & proventu tradidit,  
 pariterque Salmanticæ S. Thomæ Cathe-  
 dram perpetuo a Dominicanis regen-  
 dam auctoritate Regia erexit, ubi etiam  
 nona Septembris die vivere desiit. Elu-  
 cubrabat tractatus de Sacramento Ma-  
 trimonii, de Divinæ gratiæ auxiliis,  
 de divina perfectione, & in primam & se-  
 cundam partem summæ D. Thomæ:  
 Hunc authorem quidam æmuli velut  
*Probabilissimi Patronum* traducunt, non  
 attendentes, quod quamvis docuerit  
 ante damnatam ab Innocentio XI. pro-  
 positio-



positionem, licere *Judici opinionem probabilem sequi relicta probabiliori*, diserte tamen statuerit, id non licere, si per aliquam legem positivam ad sequendam probabiliorem adstringatur.

Sæc. XVII.  
A. C. 1616.

§. CLX.

*Leonardi Hutteri interitus.*

EX Lutheranæ sectæ Scriptoribus prior, qui hunc annum sibi exitialem habuit, erat Leonardus Hutterus patria Ulmensis, qui Argentorati Magister creatus, ac inde Lipsiam, Heidelbergam & Jenam profectus, demum Wittembergæ Theologiam professus est, ubi etiam anno ætatis suæ quinquagesimo tertio obiit: Erat Luthero addictissimus, forte, quia ejus nomen per anagramatis lusum idem sonabat ac *Redonatus Lutherus*; e contrario Calvinismum acriter impugnabat, & speciatim adversus Rudolphi Hospiniani Concordiam discordem Scriptor evasit classicus: Arguitur quoque, quod contra Samuelem Huberum ex Calvinistis ad Lutheranos profugum circa doctrinam de gratia universali omnes moderationis limites excesserit, & unacum suis assidelis adversarium suum non modo hæretici convitio laceffiverit, sed etiam auctor exstiterit, ut ipse officio suo statim

amo-